



## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

Tertia causa. Tertia restituens tempus dabit induciarum. Vndecim  
quæstiones tertiæ causæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

C. III. *¶* Accusatio semper debet fieri in scriptis.

Item Eutychianus a Papa Episcopus Siciliae, epist. 2.

Quisquis b ille est, qui crimen intendit, in iudicium venit, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripit, custodiat similitudinem i (habita tamen dignitatis estimatione c) patitur, nec impunitam fore sibi novit licentiam mentiendi, nec calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. *¶* infra. d. ¶ Qui vero ad foribiles, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

¶ Custodiat similitudinem] In originali impresso est, custodiat similitudinem, habita tamen dignitatis estimatione ponitur, nec forte sibi fore noverit. *¶* itemq; apud Hadrianum, nisi quid habet, nec sibi fore noverit. *¶* itemq; apud Ivoem, *¶* in aliquot v. Gratiiani codicibus, in quorum uno est, habita tamen dignitatis. In Damornia autem legitur: custodiat similitudinem supplicii, habita tamen dignitatis estimatione. Nec forte sibi noverit, *¶* c. In codice est eadem lectio qua hic retenta est.

C. IV. *¶* De eodem.

Item Sixtus III. in epist. ad Episcopos orientales, cap. 4.

Qui e crimen objicit, scribat se probaturum. Revera i sibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod objicit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur.

¶ Revera] Addita est haec clausula, ex originali, qua est etiam apud Fabianum, 7. 3. 9. 6. c. 1.

C. V. *¶* De eodem.

Sed Stephanus Papa contra videtur scribere, dicens, epist. 2. cap. 4.

Per scripta nullius accusatio suscipiatur, sed propria voce (si legitima, & condigna accusatoris persona fuerit) praesente videlicet eo, quem accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest, aut accusare.

Sed Calixtus Papa praecipit, ut accusator praesente eo quem accusat, in scriptis iudicis accusationem offerat, & propria voce litterarum suarum accusatoris legat. Stephanus *¶* autem prohibet, ne absens aliquem per epistolam accusare audeat.

2 pars. ¶ Que vero sit forma accusationis, & quis modus concipiatur libellorum, Paulus in Digestis, libro h de publicis iudiciis, titulus de accusationibus & inscriptionibus, lege 3. ostendit, dicens: [Libellorum inscriptionum conceptio talis est. Consul & dies. Apud illum praetorem vel proconsulem Lucius Titus professus est se Marciam lege Julia de adulterio i ream deferre, quod dicat eam cum Caj. Sejo in civitate illa, domo illius, mense illo, consiliis illi, adulterium commississe. Utq; enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est, & persona, cum qua commissum dicitur, & mensura. Hoc enim lege Julia publicorum iudiciorum le caveatur, & generaliter praecipitur omnibus, qui aliquam rem deferunt. Neg. autem diem, neg. horam iuribus comprehendet. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinari non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetenda reum potestas fiet. ¶ Item subscribere debet i, qui dat libellum v. se professum esse, vel alius pro eo, si literas nesciat. Sed et si aliud crimen objicias, veluti quod domum suam praebuit, ut supradictum materfamilias pateretur, quod adulterium deprehensum dimiserit, quod pretium pro comperio supra ac-

2 pars. ¶ Que vero sit forma accusationis, & quis modus concipiatur libellorum, Paulus in Digestis, libro h de publicis iudiciis, titulus de accusationibus & inscriptionibus, lege 3. ostendit, dicens: [Libellorum inscriptionum conceptio talis est. Consul & dies. Apud illum praetorem vel proconsulem Lucius Titus professus est se Marciam lege Julia de adulterio i ream deferre, quod dicat eam cum Caj. Sejo in civitate illa, domo illius, mense illo, consiliis illi, adulterium commississe. Utq; enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est, & persona, cum qua commissum dicitur, & mensura. Hoc enim lege Julia publicorum iudiciorum le caveatur, & generaliter praecipitur omnibus, qui aliquam rem deferunt. Neg. autem diem, neg. horam iuribus comprehendet. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinari non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetenda reum potestas fiet. ¶ Item subscribere debet i, qui dat libellum v. se professum esse, vel alius pro eo, si literas nesciat. Sed et si aliud crimen objicias, veluti quod domum suam praebuit, ut supradictum materfamilias pateretur, quod adulterium deprehensum dimiserit, quod pretium pro comperio supra ac-

a In ca. Hadriani, cap. 6. b Polyc. lib. 1. tit. 1. f. 1. v. part. 6. cap. 32. c al. estimatione. d Pann. l. 4. c. 76. In cap. Hadriani c. 67. 7. 3. 9. 4. constitutum. Ivo p. 6. c. 33. Et Fabianus epist. 3. 7. 3. 9. 6. c. 1. e sup. 2. 4. 3. c. 3. & 6. Burch. l. 16. c. 3. Ex concil. Atraniensi. Pann. l. 3. c. 75. Polyc. l. 1. tit. 1. f. Burch. l. 1. c. 177. Anst. 3. c. 55. g Ivo p. 5. c. 293. & p. 6. c. 323. Pann. l. 4. c. 73. & 55. h In vulgato legebatur. l. 1. i al. lege Julia adulterii ream. k ab est a pandettu Florentini. l al. libelli.

ceperit, & quid simile, id ipsum a libello comprehendendum erit. Si accusator decefferit, aliave qua b causa eum impedierit, quo minus accusare possit, & si quid simile est, nomen rei aboletur, postulante reo, idq; lege Julia de vi, & senatusconsulto c cautum est, ut si licet alii ex integro repetere reum, sed intra quod tempus, videbimus. Et atque xxx. dies utiles observande sunt.]

CAUSA III.

Vidam Episcopus a propria sede dejectus est, petus restitui: post restitutionem ducitur in causam, iudicium postulat, tandem ad eius accusationem procedit quidem non legitime conjunctus, & duo exsames, & tres religiosi: accusatores testes de domo sua produciunt, & alios sibi inimicos extra suam provinciam: reus criminosa iudici offertur ab uno tantum audiendus & iudicandus. Quidam de accusatoribus & testibus absentes per epistolam illum accusare, & in eum testificari contendunt: cum multa capitula ce objicerentur, in primo accusatores desiciunt: demum accusatio in accusatorem vertitur.

- 1 Hic primum queritur, an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.
- 2 Secunda de induciis, an post restitutionem tantum, an etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedenda sint.
- 3 Tertia, quo spatio mensum utrique sint concedenda.
- 4 Quarta, an infames, & non legitime conjuncti, ad accusationem sint admittendi.
- 5 Quinta, an testes de domo accusatorum sint producendi, vel inimicorum vox sit audienda.
- 6 Sexto, an extra provinciam reus sit producendus.
- 7 Septimo, an sit audienda eius sententia, quem cum reo par inficit malitia.
- 8 Octavo, an ab uno tantum Episcopus sit audiendus, vel iudicandus.
- 9 Nono, an accusatores vel testes in absentem vocem accusationis, vel testificationis exhibere valeant.
- 10 Decimo, an desicientes in primo capitulo, sine admittenda ad sequentia.
- 11 Undecimo, an accusato liceat accusationem in accusatorem vertere.

QVÆSTIO I.

Quid restitutio quibuslibet danda sit, multis auctoritatibus probatur.

C. I. *¶* Expoliatis vel ejectis omnia sunt redintegrandas.

Aut enim Cajus Papa, epist. unica ad Felicem Episcopum, cap. 3.

Episcopis a suis rebus expoliatis, vel a propriis sedibus ejectis, omnia, quae eis ablata sunt, legibus sunt redintegrandas, quia priusquam hoc fuerit factum, nullum crimen eis objici potest.

C. II. *¶* De eodem.

Item Fabianus epist. 2. Episcopis orientales.

Episcopi, si a propriis sedibus, aut ecclesiis sine auctoritate Romani Pontificis i expulsi fuerint, antequam ad synodum vocentur, proprius locus, & sua omnia eis redintegrandas sunt. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel ecclesiarum, atque res ab amulis, aut a quibuscunque detinentur, ut aliquid illis objici debeat. Nec quicquam potest eis quoquo modo quilibet majorum, vel minorum objicere, dum ecclesiis, rebus, aut potestatibus caret suis.

¶ Sine auctoritate Romani Pontificis.] Cum haec verba etiam apud Anselmum, licet non sint expressa in originali.

a al. & ipsum libellis. b aliave causa. c al. senatusconsulto. d Mutato verbis, sed in eodem sententia. Anst. lib. 3. c. 46. e Anst. l. 3. c. 50.







randum est, ut si ex ea provincia, ubi la agitur, vel persona, vel instrumenta possentur, non amplius quam tres menses indulgeantur. Si vero ex continentibus provinciis, sex menses custodiri iustitia est. In transmarina autem dilatione novem menses computari oportebit. Iudicantes autem in hac ratione non sibi concessum intelligant danda dilationis arbitrium: sed eandem dilationem (si rerum urgentissima ratio flagitaverit, & necessitas desiderata instrumentis exegerit) non facile amplius quam semel, nec ulla trahendi arte sciant esse tribuendam. ¶ Et autem dilatio penitus est deneganda, qui rescriptum ad extraordinarium iudicem deportaverit. a Illi b autem qui in iudicium vocatur, danda est ad probanda c precum mendacia, vel proferenda aliqua instrumenta, vel testes, quantum instructus esse non potuit, qui prater spem ad alienum iudicium trahitur. ¶ Cum d vero ad appellationem, consultationemve à Principe rescriptum fuerit, sive isti primo iudicio petita dilatio, & ea tributa non sit, sive nec petita quidem, eam dari cuiquam non licet eadem ratione, qua ne in iudicio quidem cogitationum Imperialium dilatio tribui solet. ¶ A iudice procedente dilationem non convenit postulari, etiam si utraque parte praesente tribuatur, cum non alia, nisi causa cognita indulgeri queat, & cognitio causa non interpellatione plenaria, sed considerante e magis iudice legitime colligatur, ut si forte dilatio petita fuerit improbat, suscepta quaestio per sententiam iudicis dirimatur. ¶ Constitutione septima, in collatione septima. ¶ [Libellum si vero non alius actor dirigit, nisi prius & in ipsum, quem dicit obnoxium, & in negotio executorum exponat cautionem, se vel intra duos menses litem contestaturum, vel omne damnum ei, qui convenitur, contingens restitutum in duplum.] In coll. conf. 6.

3 pars. [Ostratur g ei, qui vocatur ad iudicium, libellus, & exinde praesenti scripto, data fideiussione xx. dierum gaudeat induci, quibus delibere, cedare, ut contendat, atq; iudicio alium sociari h perat, an recuset eum: nisi ille sit is, quem ipse alio recusato jam petierit. Deniq; praesens interrogetur, an hoc tempus liti transferat, quod non modo i ex ipsius responsione, sed etiam ex libelli subscriptione manifestetur: quam in iniuriam facere debet. Lata ergo contestatio contra hoc indultum lo habita pro nihilo est l.] Ibidem. [¶ Quod m fieri non debet, nisi actor satisfecerit certam promittens quantitatem se daturum, si litem non exequatur, aut exequens non vincat causam. Si igitur post tempus a se constitutum infra decem dies res praesente non occurrat, dimittatur reus exacto eo quod promissum est? & si quid circa litem plus impendisse cum taxatione iudicis praeverit. Exceptio n fori 2 dilatoria est, argue ideo in iudicio liti debet opponi, & probari. Peremptoria o autem exceptiones, ut sunt praescriptiones longi temporis, sufficit in initio liti contestari.]

1 ¶ Iudicantes autem.] In codice Iustiniani legitur, Quod ita constitutum iudicantes sentire debebant, ut in hac ratione, &c.

2 ¶ Exceptio fori.] Postrema haec pars abest à plerisque vetustis exemplaribus. In uno autem est in margine, cum hoc titulo, glossa Ioannis. Eadem autem verba leguntur infra ead. g. 6. c. si quis Episcoporum 5. exceptio, & ibi sunt in omnibus antiquis codicibus.

a al. reportaverit. b Ibidem, leges, sed mutata est verborum series. c improbanda.] orig. d Leges, mutatu quibusdam vocibus. e al. confidente. f Cod. de liti contestat. auct. libellum. g Cod. de liti contestat. auct. offeratur. h Iulianus antecessor novella 13. c. 3. i al. max. k privilegium.] orig. l al. ducenda est.] orig. m Cod. de dilationibus, auct. quod fieri. n Ex Cod. de excep. l. uli. & l. 8. o Infra ea. quasi 6. cap. si quis Episcoporum Supra 2. quasi 7. cap. alieni, ex Dionysio.

QVAESTIO IV.

Qvod vero infames, & non legitime conjuncti ad accusationem admitti non debeant, & qui generaliter de accusatione removendi sint, multarum auctoritatum sunt.

C. I. ¶ Infames, eos qui sunt bone fama, accusare non possunt. An enim Iginus Papa, epist. 2.

A Liens erroris societatem b fecerantem, vel a Liens propositi tramite recedentem, aut Apostolicae iudis iussionibus inobedientem suscipere non possunt, nec impetere recte credentes, vel sanctorum Patrum iussionibus obtemperantes permittuntur, quia inter tales & infideles magna debet esse discretio.

C. II. ¶ Quis legem suam spreto transgreditor, ante suam reverfionem recte agentes accusare non potest.

Item Anacletus Papa in prima decretali.

Beatus d praedecessor noster Clemens, vir Apostolicus, & spiritu Dei plenus, una cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens. Accusandi, & testificandi licentia denegatur his, qui Christianae religionis & nominis dignitatem, & sua legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressi enim sponte legis suae, ejusque violatores, & reprobos apostatae nominantur. Omnis enim apostata reprobatus, & ante reverfionem suam, non in accusatione recte agendum, aut testimonio suscipiendus est.

C. III. ¶ A suo proposito discedentes sunt infames.

Item Pius Papa, epist. 1.

SI quis f vero à suo proposito retrofiam cursum gressus fuerit, infamis efficitur. Reprobati ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Sed des autem, & conversatio primum scrutanda est, & inde g, qui irreprehensibiles apparuerint, sunt recipiendi, & non prius.

C. IV. ¶ Incestuosus & non legitime conjuncti, sacerdotibus & legitime conjunctis accusare non possunt.

Item Calixtus Papa ad Episcopos Galliae, epist. 2. cap. 4.

Con sanguineorum h conjunctiones, nec legitime sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendae. ¶ Quisquis ergo non legitime conjunctus, vel abique dotali titulo, ac benedictione sacerdotis copularus, sacerdotibus, vel legitime conjunctis communicari, vel in eos testificari minime potest, quoniam omnino incesti macula pollutus, infamis est, & accusare supra dictos non permittitur. Non solum ergo hi reiciendi sunt, & infames efficitur, sed etiam omnes eis consentientes. ¶ Similiter de raptoribus, vel eis, qui seniores imperpetuo fieri censentur. Hos ergo leges saeculi interficiunt, nos misericordia praecunte, sub infamia nota ad poenitentiam recipimus.

C. V. ¶ Qui sunt recipiendi in accusatione.

Idem in eadem epistola.

Conspiratores i in nullius accusatione sunt recipiendi.

a Iulius in rescripto ad Orient. cap. 15. Pape. l. 1. 117. 20. c. 16. & l. 1. c. 9. Pamm. l. 4. c. 70. & 88. b al. scilicet à suo proposito. c al. societate maculatum, vel à suo. c al. permatum.] orig. d Anst. l. 3. c. 9. Pamm. l. 4. c. 80. e Anst. l. 3. c. 4. f al. si quis à suo vero proposito. g al. denia. h Burchard. c. 1. Ivo p. 1. c. 23. i Ivo p. 6. c. 36. 4.

piendi, nec eorum vel anathematizatorum vox ullum nocere, vel accusare a potest.

C. VI. De eodem. Item Stephanus Papa, epist. 2.

N ullus b anathematizatorum c suscipiatur, nec a quoquam credatur, quæ ab eis dicuntur, vel conferuntur. Eos a dico anathematizatos esse, quos Episcopi suis scriptis anathematizaverunt, aut eorum statuta anathematizant.

C. VII. Anathematizati fideles accusare non possunt.

Item Fabianus Papa, epist. 1. ad ecclesia ministros.

O mnes s, quos sanctorum Patrum statuta tam præteritis quam futuris temporibus anathematizant, submovemus, & ab omni accusatione fidelium alienamus.

C. VIII. Clericus, qui Episcopum accusavit, infamis efficitur.

Item Stephanus Papa, epist. 2. c. 8.

Clericus verò, qui Episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, ac curia tradi serviturus.

C. IX. Infames & exules fiant, qui Episcopos persequuntur.

Item Alexander Papa, epist. 1. cap. 1.

H iis qui Episcopos suos i persequuntur, & amovere nituntur iniuste contra Apostolicam auctoritatem, et si a morte prohibentur, dicente Domino \* [Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat,] perpetua tamen notatur infamia, & exilio digni judicantur finitimo, de quibus a temporibus Apostolorum, & infra ista tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accusandi Episcopos, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos non humanis, sed divinis actibus mortuos esse scimus.

¶ Suos ¶ Vox ista abest a plerisque manuscriptis & originali, sed ob glossam non est sublata.

C. X. Detractores, & inimicorum auctores Episcopos non accusent.

Item Zepherinus Papa, epist. 1. ad Episcopos Sicilia.

D etractores g (qui divina auctoritate eradici sunt,) & auctores b inimicorum ab episcopali submovere accusatione, vel testimonio.

C. XI. Infamam vel sacrilegum religiosam Christianam accusare non potest.

Item Eutychianus Papa, ad Episcopos Sicilia.

N ulli i unquam infamiatque sacrilego de quocunque negotio liceat adversus religiosum Christianum, (quamvis humilis, servilisque persona sit) testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inscriptione Christianum impetere.

Notandum verò quod aliud sit excommunicatio, & aliud anathematizatio.

C. XII. Aliud est excommunicatio, aliud anathematizatio.

Unde Ioannes Papa VIII. scribit cuidam Episcopo.

E ngeltrudam k uxorem Bosonis noveris non solum excommunicatione, quæ a fraterna societate separat, sed etiam anathemate, quod ab ipso Christi corpore (quod est ecclesia) recedit, crebro percussam esse.

¶ Epistola hæc Ioannis VIII. non est inventa. Verum Nicolaus I. in concilio a se Roma habito, de Metensi synodo penitus abolenda, cap. ultim. narrat hanc Engeltrudam bis a se

a alludere. b Pann. l. 4. c. 71. al. anathema. orig. d. al. 101. quæ. dico. orig. e. Anst. l. 3. c. 16. Polye. l. 3. tit. 1. f. Anst. l. 3. c. 79. \* Exech. 33. g. Anst. l. 3. c. 35. Ivo par. 5. c. 245. h. al. auctores. i. Anst. l. 3. c. 23. Burch. l. 16. c. 11. Ivo p. 6. c. 333. Pann. lib. 4. c. 92. k. 11. quæ. 3. nemo Episcoporum Ivo p. 14. c. 51.

fuisse anathemate percussam. Cuius mulieris flagitia, ob qua iustificavit hanc penam tulit, refert Regino lib. 2. Chroniconum. Potuit autem tempore Ioannis octavi vivere hæc femina, quoniam Hadrianus II. qui inter Nicolaum I. & Ioan. VIII. interfuit, quantum sui Pontificatus annus non implevit.

Unde datur intelligi, quod anathematizati intelligendi sunt non simpliciter a fraterna societate, sed etiam a corpore Christi (quod est ecclesia) omnino separati.

QVÆSTIO V.

Q uod verò testes de domo accusatorum producendi non sint, & quod vox inimicorum non sit audienda, multorum auctoritatibus probatur.

C. I. Consanguinei & familiares adversus extraneos testimonium non dicant.

Item Calixtus Papa, epist. 2. ad Episcopos Gallia.

C onfanguiinei a accusatoris b adversus extraneos testimonium non dicant, nec familiares, vel de domo prodeuntes: sed si voluerint, & invicem confenserint, inter se parentes tantummodo testificentur, & non in alios.

C. II. Nuper inimici, accusatores vel testes esse non possunt.

Item Anacletus Papa, epist. 3. c. 4.

A ccusatores c & testes esse non possunt, qui ante besternum diem, aut nudius tertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læsi se ulcisci velint. In offensius igitur accusatorum & testium affectus querendus est, & non suspectus.

C. III. De eodem.

Item Symmachus Papa, in quinta synodo Romana sub ipso habita.

A ccusatoribus d verò inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis immorantur, aut suspecti sunt, non credatur, ne irati nocere cupiant, ne læsi ulcisci se velint. ¶ Si quis hæc, quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt, infringere præsumperit, aut voluntarie transgredientaverit, si clericus est, gradu proprio penitus careat: si verò monachus, aut laicus fuerit, communione privetur: & si non emendaverit vitium, anathemate feriat. Secretas verò infidias, vel manifestas pontificibus a quibuscunque illatas, vel ea, quæ huius sanctæ synodi sententia complectitur, si quis ad ecclesiam pertulerit notitiam, potatur honore: & hi, qui adversa eis moluntur (sicut a sanctis Patribus dudum statutum est, & hodie synodali, & Apostolica auctoritate firmatur) penitus adiciantur, & exilio (suis omnibus sublatis) perpetuo tradantur.

C. IV. Qui non possunt esse accusatores, vel testes.

Item Pontinianus sanctæ & universali ecclesiæ Episcopus epist. 2. omnibus Christianis.

S vpectos e, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non sunt bonæ conversationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem, accusatores esse & testes, & antecessores nostri Apostoli i prohibuerunt, & nos eorum auctoritate submovemus, atque futuris temporibus excludimus.

¶ Apostoli ¶ Sic est emendatum ex Vaticanis codicibus. Antea enim legebatur, Apostoli. originale autem impressum sic habet, & antecessores nostri Apostolica repulerunt auctoritate, & nos submovemus, atque futuris, &c.

a Anselmus l. 3. c. 58. Polye. l. 3. tit. 1. b accusatores. orig. c. Burch. l. 1. c. 171. Ivo p. 5. c. 289. Pann. l. 4. c. 85. d. Ambros. Syagrius epist. 64. Anst. l. 3. c. 11. Burch. l. 1. c. 152. Ivo p. 5. ca. 239. Pann. l. 8. c. 34. e. supr. 2. q. 7. c. querendum. Polye. ibid. Anselmus l. 3. c. 16.



C. V. *Ab accusationibus clericorum repellantur, quos leges sacule non admittunt.*

*Item Eusebius Episcopi Galliarum, epist. 1.*

**D**E a accusationibus clericorum, super quibus mandatis, scilicet a tempore Apostolorum in hac sancta Urbe servatum esse, accusatores, & accusationes, quas exterarum consuetudinum leges non asseculunt, a clericorum accusatione submotas. & infra. ¶ Idcirco & nos sequentes b Patrum vestigia, pro saluatione seruorum Dei, quasunque ad accusationem personas leges publicæ non admittunt, his impugnandi alterum, & nos licentiam submovemus, & nullæ accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi prohibentur.

C. VI. *Alienigena, & quorũ divina voces mortuos appellat, Episcopus accusare non possunt.*

*Item Pelagius Papa II. Episcopi Italia.*

**C**anonica c. sanctorum Patrum statuta (ne columna sanctæ ecclesiæ vacillent) sequentes, ac roborantes, omnes infames, cunctosque suspectos, vel inimicos, & eos qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides, vita & libertas nescitur, & qui non sunt bonæ conversationis, vel quorum vita est accusabilis, ab omni accusatione Episcoporum funditus submovemus. Similiter & omnes, quos divina leges mortuos appellat, submovendos esse ab eadem accusatione, & publicæ penitentia submittendos iudicamus.

C. VII. *A clerici repelluntur accusationes, quas leges sacule non asseculunt.*

*Item ex synodo Romana, habita sub Hadriano d. Papa.*

**A**ccusationes e & accusatores, atque eorum negotia, quæ saculares non asseculunt leges, divina ac synodica funditus a clericis repellunt auctoritate censemus; quia indignum est superiores pati ab inferioribus, quæ inferioribus ab eis pati despicuntur.

*Capit. hoc, & c. Neminem infra ead. q. 6. qua citantur ex synodo Romana, extant in capitulis Hadriani; ea autem expressius etiam appellantur synodi nomine infra 3. q. 3. in principio.*

C. VIII. *Nec servus, nec libertus, nec infamis Episcopus accusare presumat.*

*Item Stephanus Romana ecclesiæ Episcopus omnibus Episcopis, epist. 2. de accusationibus sacerdotum, c. 3.*

**A**ccusatores g, & accusationes, quas sæculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submovemus. Nullus enim alienigena, aut accusator fiat eorum, aut iudex. Vnde & de Loth b scriptum est [Ingressus es ut advena, numquid ut iudices?] Accusator autem nostrorum i nullus si servus, aut libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis.

C. IX. *Infames, qui ad sacrilegos & devotos concurrunt, nec accusatores, nec testes esse possunt.*

*Item Eusebius Papa k, epist. 3. ad Episcopos Thuscæ.*

**C**onstituimus l iterum, firmantes cana Patrum statuta, cum omnibus, qui nobiscum sunt Episcopis, sicut dudum decretum reperimus, ut homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, si-

a Anselm. l. 3. c. 26. b supr. q. 1. nei sequentes. c Ansel. l. 3. c. 19. d In Cap. Hadriani, cap. 11. Concil. Damasus epist. ad Stephanum. e Ansel. l. 3. c. 20. f ea. orig. Conc. Thelesiorum epist. unica, c. 4. Julius in rescripto ad orientales. g Polyc. ibidem. Ansel. l. 3. c. 18. h Ivo p. 3. c. 257. & p. 6. c. 327. i Gen. 9. i veterum. orig. k. & in Cap. Hadriani, c. 67. l Polyc. ibidem. Ansel. l. 3. c. 19.

specti, criminosi, domestici, perjuri, & qui rapum fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sacros leges a, divinosque b concurrerunt, similesque eorum, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium summi mittendi, quia infames sunt; & iuste repellendi, quia infame est vox eorum.

C. X. *Suspecti, aut gratiosi ad accusandum non admittantur.*

*Item Julius Papa in rescripto ad orientales, c. 33.*

**S**imiliter c in jam præfixa synodo est decretum, nec suspecti, aut infames, aut criminosi, aut gratiosi, vel calumniatores, vel affines, aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores, vel tales, qui omni carere suspicione.

C. XI. *Qui inimicitias studet, vel facile litigat, nec accusator, nec testis esse potest.*

*Item Felix Papa II. epist. 1. c. 14.*

**N**ullus d servus, nullus libertus, nullus infidelis, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitias studet, nullus qui frequenter litigat, & ad accusandum, vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur Episcopos accusare.

C. XII. *Familiares, suspecti, de domo procedentes, non recipiantur in accusatione.*

*Item Calixtus Papa, epist. 2. ad Episcopos Galie.*

**A**ccusatores f, vel testes suspecti non recipiantur, nec etiam consanguinei accusatoris adversus extraneos testimonium dicant: quia propinquitatis g, & familiaritatis, ac donationis affectio veritatem impedire solent. Amor carnalis, & timor, atque avaritia plerumque iustitiam hebetant humanos, & pervertunt opinionibus, ut quod sumus pietatem putent, & pecuniam, quasi mercedem prudentiæ.

C. XIII. *Qui inimicos, vel suspecti sunt, & qui odio quoslibet insequuntur, ab accusatione removeantur.*

*Item Pelagius b Papa II. epist. 1. c. 4.*

**O**mnes i, qui adversus Patres armantur, ut Patrum invalores, & mactatores, infames esse censemus & infra. ¶ Horum ergo victorum auctores vel patentes non sunt in accusatione pontificum recipiendi, sed peritus repellendi: quoniam jubent canonica decreta, ut accusatio, vel testimonium eorum, qui odio quoslibet persequuntur, vel qui inimici, aut suspecti habentur, nullò modo recipiantur.

C. XIV. *De eodem. PALEA.*

*Item Paschalis Papa.*

**N**ulli k Episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos l antequam ab eis impetretur, a sua communi familiaritate neglexerit separare.

*In uno pervenisse exemplari Gratiani, & qui pingit, Palea aliant, capit. hoc habetur; non ibi, sed sup. 2. q. 1. c. 6. Item c. Paulus, ubi etiam citatur ex Paschali 11.*

¶ Quos antequam [In eodem codice legitur, quos ab antequam ab eis impetretur, a sua communi familiaritate neglexerint separare. In alio vero monumento, sic legitur hoc. Palea habetur, hoc loco legitur, quos antequam ab eis impetretur cognoscere, a sua, &c. In decretalibus autem non multo secus, antequam se ab eis impetendum cognoscere, a sua, &c.]

a al sacrilegos. b supr. 2. q. 8. quæsi. c Polyc. ibid. Ansel. l. 3. c. 21. d Ansel. l. 3. c. 62. e infidelis. orig. f Polyc. ibid. Ansel. l. 3. c. 17. Burchard. l. 2. c. 17. Ivo p. 3. c. 259. g supr. ead. consanguines. h antea legitur, Gelasius. i Provocata ad Dominum in act. 14. concil. Chal. Ansel. l. 3. c. 6. k ead. de accus. c. nulli.



Quod vero inimici ab accusatione prohibeantur, inde est, quia eorum calliditas, innocentia sequenter opprimi solet. Sed cum Athanasius a sua cathedra reddi precipitur, quia de inimicitia sua Patriarchæ conquestus est, patet quod etsi manifestâ crimina alicujus sint, non tamen condemnandus est accusator inimici.

C. XV. § Qui inimici sunt, iudices esse non possunt.

Unde Nicolaus Papa scribit Michaëli Imperatori in epistola, quæ incipit [Proposue-ramus.]

Quod si suspecti & inimici iudices esse non debent, & imperatio dicitur, & plurimis probatur exemplis. Nam e quid gratius, & amabilius dare quis inimico potest, quam si ei ad impetendum commiserit, quem latere forte voluerit? Quod providè Constantinopolitana synodus canonum suorum sexto dignoscitur prohibere capitulo, & infra. Veniamus ergo & ad sanctam Chalcedonensem synodum, & quid nobis de Athanasio Paranorum Episcopo referat, audiamus. Is enim antistes tertio evocatus ad synodum, quia non occurrerit, à Patriarcha suo canonice condemnatus extiterat: sed solum, quia cum vocaretur ad synodum, quod inimicus suus esset ipse, qui iudicabat, clamavit, à sancta Chalcedonensi synodo ad causas illatas sibi examinandas referatur: & nisi denuo convincatur, reciperet ecclesiam propriam iudicatur. Quod si Athanasius à Patriarcha suo depositus, quia de inimicitia ipsius conquestus est, iteratò ad iudicium renovandum dirigitur, est manifestè sibi officiant crimina, tamen suæ reddi ecclesiæ precipitur: quantum magis Ignatius, qui non à Patriarcha, sed ipse potius existens Patriarcha minime debuit ecclesiæ propriæ (inimicis, & suspectis iudicibus decernentibus) expoliari? & paulo post c. [¶ Veniat & facundissimus noster Papa Gelasius, hæreticorum expurgator fortissimus, & quod de Constantinopolitans Episcopis more solito tunc agrotantibus dixit, etiam nunc nobis edisserat. Quæro, inquit, tamen ab his iudicium, quod prætentum, ubinam possit agitari? an apud ipsos? ut iidem inimici sine & testes & iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi negotia.] Quod si iudicio, ubi iidem sunt inimici qui iudices, nec humana debent committi negotia, quantum minus divina, id est, ecclesiastica? Qui sapiens est, intelligat. ¶ Et revera hinc Iustinianus Imperator pius legibus suis promulgasse dignoscitur, dicens. [Licet si ei, qui suspectum iudicem purat, antequam in iudicium, eum recusare, ut ad alium recurratur.] Nam quodammodo naturale est suspectorum iudicium insidias declinare, & inimicorum iudicium semper velle refugere. ¶ Hinc S. Athanasius inimicorum saepe declinavit insidias: hinc S. Iohannes os aureum, concilii contra se congregati renuit intrare collegium.

¶ Sexto [¶ Hic canon est sextus concilii Constantinopolitani primi apud Græcos, qui in concilio in quatuor volumina collectus (nam ab aliis editionibus abest) nono primo sic assertus, primum in concilio ipso Constantinopolitano, deinde in libello synodice ratione constitutionum. De quo capitulum, & alii canonibus huius concilii supra dist. 22. est notatum, & infra 4. quæst. 1. c. quod autem attingit dicitur. ¶ Et si manifesta] Vera lectio est, & nisi manifestè sibi officiant crimina, suæ reddi ecclesiæ precipitur, eisdem, quod antea tenebat excepti concilio, de nisi denuo convincatur, recipere ecclesiam propriam iudicatur.

¶ Deinde non est inveniendum ab Gregorio, & quia Gratianus in verbis sequentibus manifestè ostendit, solum h. l. i. v. se usum a. al. Anastasius. b. al. Quia. c. 1. v. part. 2. cap. 31. d. actio 2. q. 1. c. de iur. communitario ad Constant. f. Cod. de iudic. l. aperitissimi.

esse: qui etiam, quod hic dicitur de inimicitia iudicis, ad accusatorum inimicitiam transfuit. Nec vero (quod ex tota illa actione r. q. facile constat.) Athanasius in ea causa erat actor, qui restitutionem peteret, (quippe cum, licet in concilio Antiocheno depositus, postea tamen per Dioscorum Episcopatum recuperasset, tunc, postea) sed Savianus, qui post Athanasii depositionem in eius locum à metropolitano, & comprovincialibus Episcopis susceptus, ab eodem Dioscoro eiecitus fuerat, idcirco restitui sibi Episcopatum petebat. In ipso autem concilio Chalcedonensi statutum fuit, ut quando Athanasius diceret se ad concilium Antiochenum ter vocatum, idcirco non venisse, quod Dominus eo tempore Patriarcha Antiochenus sibi inimicus esset) Savianus quidem maneret in Episcopatu, interim vero causa Athanasii apud Maximum tunc Antiochia Patriarcham ageretur, atq; intra octo menses cognosceretur, an Athanasius crimen depositione dignum commisisset, ac, nisi commississe constaret, suus illi Episcopatus redderetur. Ex quo toto factò Nicolaus partem illam accepit, quæ ad rem suam optime faciebat.

Patet ergo quod, etsi manifestè sint crimina alicujus, tamen accusatione inimici condemnandus non est.

QVÆSTIO VI

Extra provinciam autem reus nullatenus est producendus.

C. I. § Ubi crimen admittitur, ibi causa veniatur.

Unde Fabianus Papa scribit Hilario Episcopo, epist. 3. cap. 4.

Si semper causa agatur, ubi crimen admittitur, & a quo non probaverit, quod obiect, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

C. I. l. § Accusatus non nisi in foro suo audiatur.

Idem eadem epist. c. 5.

Si quis Episcoporum super certis accusetur criminibus, ab omnibus audiatur, qui sunt in provincia sua, Episcopis: quia non oportet accusatum alibi, quam in foro suo audiri.

Exceptio fori dilaatoria est, atq; ideo in initio litis debet opponi & probari: Peremptoriae autem exceptiones (ut sunt præscriptio longi temporis) sufficit in initio contestari.

C. III. § De eodem.

Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, & ante non suum iudicem pulsatus, si voluerit, taceat. Pulsatis vero, quoties appellaverint, induciae dantur.

Hic autem quod de loco dictum est, tunc intelligendum est, cum veritas causa non nisi in loco admitti criminis deprehendi potest: aut nisi altera pars iudicium majori persona interpelletur, sive declinando iudicium, sive revelando sententiam.

C. IV. § Intra provinciam, & a comprovincialibus tantum causa est audienda.

Unde Stephanus saula & Apostolicus, acque universalis ecclesie Romane Episcopus scribit omnibus Episcopis, epist. 2. cap. 7.

Ultra provinciarum terminos accusandi licentia non progrediatur: sed omnis accusatio intra provinciam audiatur, & a comprovincialibus terminetur, nisi tantum f, ad Apostolicam sedem fuerit appellatum.

a. Sup. 2. quæst. 3. qui non probaverit. Et q. 8. qui crimen. Et infra ead. l. c. & Cyprianus l. 1. epist. 3. Poly. lib. 3. tit. 1. Anst. l. 3. cap. 77. b. Budei. lib. 1. c. 147. 100 p. 5. cap. 160. Cap. 1. 7. cap. 367. Poly. l. 1. tit. 7. c. 100 part. 1. c. 323. Pann. l. 4. c. 123. In codice Theod. lib. 9. tit. 1. l. 1. c. Anst. l. 3. cap. 47. Pann. l. 4. c. 323. c. al. provinciam. f. al. tamen.



C. V. *¶* A comprouincialibus accusatus vel iudicatus, Apollolicam sedem appellat.

Item Sixtus a Papa II. *epist. ad Gratum Episcopum.*

**A**ccusatus b vel iudicatus a comprouincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet & adeat Apollolica sedis Pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos ejusdem tractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur Episcopus: quoniam quanquam comprouincialibus c Episcopis accusatus causam Pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire d, inconsulto Romano Pontifice permittitur.

C. VI. *¶* De eodem.

Item Damasus Papa Stephano Archiepiscopo, *epist. 3. c. 2.*

**D**ifficite e Episcopos, & summas ecclesiasticorum negotiorum causas, metropolitanam una eum omnibus suis comprouincialibus (ita ut nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis) licet: sed diffinire eorum, atq; ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare Episcopos absq; huius sancte sedis auctoritate minime licet, quam omnes appellare, si necesse fuerit, & ejus fulcra auxilio oportet.

Caput hoc in aliquot vetustis exemplaribus non habetur, neque in ipsam adest glossa.

C. VII. *¶* Comprouinciales & metropolitani Episcoporum causam audire, sed diffinire non possunt.

Item Eleutherius Papa scribens ad Gallia *provincias, c. 2.*

**Q**uamvis f liceat apud comprouinciales g, & metropolitanos, atque Primates Episcoporum ventitare accusaciones & criminationes, non tamen licet diffinire i sine huius sancte sedis auctoritate, sicut ab Apollolis, eorumque successoribus multorum consensu Episcoporum iam diffinitum est. Nec in eo. um ecclesiis aut proponantur, aut ordinentur, antequam hic, eorum iuste terminentur negotia. Reliquorum vero clericorum causas apud provinciales, & metropolitanos, ac Primates & ventitare, & iuste finire licet.

i ¶ Diffinire ] In epistola ipsa sequitur, secus quam praedictum est: reliquorum vero, &c. Superius vero haec praedicta fuerant i iunctiva Episcoporum tantum iudicia huc deferantur, ut huius sancte sedis auctoritate finiantur, sicuti ab Apollolis, usq; ad verbum, Reliquorum.

C. VIII. *¶* Ante Apollolicam censuram in causis Episcoporum non est diffinitiva sententia.

Item Leo Episcopus *verbis Roma Anastasio Episcopo Thesalonicensi, ep. 82. al. 84. c. 1.*

**M**ultum stupeo, frater charissime, sed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius indicaveras h, quam quod evocatus adesse differet, & excusationem infirmitatis obtenderet, iam atrociter, & tam vehementer potueris commoveri, praesertim cum esset tale aliquid meretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua consilia rescriberem. ¶ Sed etiam si quid grave, intolerandumque gessisset, nostra expectanda erat censura, ut nihil prius ipse decerneres, quam quid nobis placeret agnosceres. Vices enim nostras ita tua credidimus charitati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde, sicut multum nos ea, quae a tepide sunt curata, lexificant, ita

a Et Iulius in rescrip. ad orient. c. 3. b Polye. ibid. Anst. l. 2. c. 82. Burch. l. 1. cap. 176. & 144. Ivop. s. c. 4. 257. Pann. l. 4. c. 125. c. al. a comprouincialibus. d al. diffiniri. e Ansel. lib. 1. c. 61. Burch. l. 1. c. 179. Ivop. s. c. 295. f Ivop. s. c. 316. Pann. l. 4. c. 134. & 136. g al. provinciales. h al. iudicaverit.

nimirum ea quae perperam sunt gesta, contristant.

C. IX. *¶* Tyrer sententiam Romani Pontificis nec concilia celebrari, nec Episcoporum damnari oportet.

Item Iulius Papa orientialibus Episcopis, *epist. 1.*

**V**idum a sanctis Apollolis, successoribusque eorum in antiquis a decretum fuerat statutis, quae habentur in sacra & universalis Apollolica tenet ecclesia, oportere praeter sententiam b Romani Pontificis concilia celebrari, nec Episcopum damnari, quoniam in eam Romanam ecclesiam primam omnium ecclesiarum esse voluerunt: Et sic ut beatus Petrus Apollolicus primus fuit omnium Apollolorum, ita & ecclesia in nomine consecrata (Domino instituyente) prima, & put sit ceterarum, & ad eam, quasi ad matrem arque matrem, omnes maiores ecclesiarum causa, & iudicia Episcoporum recurrant, & iuxta c ejus sententiam terminentur: nec extra Romanum, quidquam, ex his deinceps decerni Pontificem.

2 pars. Aliquando d inconsulto Romano Pontifice Episcoporum damnati inveniuntur, & alii in eorum locum substituti, quorum damnationem, & substitutionem pro hinc paucis de his sententia tolerasse legitur ecclesia.

C. X. *¶* Quorundam Episcoporum depositionem contra conscientiam Romani Pontificis factam, pro pace toleravit ecclesia.

Unde Ioannes Papa Salomoni tertio & ultimo Regi Britannum.

**H**ae quippe est ordinatio Dei patris tui, & hinc lex ecclesiae matris tuae, videlicet, ut omnes Episcopos regni tui ad Turonensem Archiepiscopum mitti non detrectes, ipsiusque iudicium postulare non cognetis. Ipse enim est metropolitanus, & omnes Episcopi tui regni, suffraganei eius sunt: sicut conscriptio praedecessorum meorum evidenter ostendunt, quo decessores tuos, quia illos ab ipsius cura subtrahere forte invectione corrumpere studuerunt, quamvis infra scripta super hac remissa fuerint videntur. Cum coram designatione Turonica praesule, & inter numero collegarum, id est, duodecim Episcoporum regulari conventu fuerint eieci Episcopi regulariter aminati, apparueritque quoddam canonicum fuerit tibi, ipsis in tua deiectione manentibus, qui in locorum consecrati sunt, potuerunt utique Episcopatu nomine potiri. Quod si Episcopi eieci infontes fuerint clarati, his amotis, qui illis subrogati sunt, ecclesiae suas ipsi recipiant. Nam cum antecessores mei praedecessorem eorum Episcoporum, qui ab ecclesia facti pulsi sunt, nec admiserunt, nec approbaverunt, nec qui eis subrogati post sunt, viventibus illis, quos Archiepiscopus dixerunt. Sane, si ad Turonensem Archiepiscopum mittere praefatos Episcopos decessoris, stude duos Episcopos de expulsis, & duos de legatis una cum ecclesiae tuae legato ad Apollolicam sedem transmittere: ubi digna examinatione promissa, qui legitimi Episcopi sunt, appareant, & locum ecclesiae irregulariter non amittant. Nihil enim aliud in praesenti negotio diffinire. Quia vero inquis quis sit metropolitanus apud Britannos, conventus licet nullius memoria teneat vos in vestra regione, & iam habuisse metropolitanam ecclesiam, tamen si habet (postquam Deus omnipotens pacem inter vos, & dilectum filium nostrum Carolum regem gloriosum constituerit) facile hoc poteritis advertere. Quod si ita contentiosè c. editis agere, ad nostrum Apollolicum

a Praefatu. Jorig. Codic. lib. 6. cap. 277. b in vulgata legitur, conscientiam. c al. ejuq; iusta sententia. d Regum in Chronica.



deitate contendere, quatenus nostro libramine, qua fuerit apud vos antiquitus Archiepiscopalis ecclesia, luce clarius innotescat: & deinceps omni ambiguitate recita, quam sequi Episcopi vestri debeant, inenctanter agnoscant. Neque enim ecclesias Dei per discordias regum, divisionis aliqua pati damna necesse est, eum (quantum ex se est) pacem, quam prædicant, servare situdeant in vicem, & in omnes.

¶ Subrogati possunt ¶ Sic restitutum est ex aliquot re-  
flectu & adde emendatu codicibm. Antè logetur, subrogari  
possunt.  
3 pars. Alias autem irrita erit Episcoporum sententia, & à syn-  
do retrahenda.

C. XI. ¶ Dammato injusta irrita est, & à syn-  
do retrahenda.  
Unde Felix Papa I. epist. prima ad Paternum.

¶ Irrita a esse censemus & i injustam Episcoporum  
damnationem, & idcirco à synodo retrahendam, ita ut  
oppressis ab omnibus, in cunctis subveniat causis.

¶ Et injustam ¶ Sic in originali, & antecedi vox, ali-  
ter: sed in decreti Iulii, & in concilio Carthaginiensi quarto (unde  
citatur infra n. 9. 3. c. irritam.) & in capitulis Hadriani, & apud  
Anselmum est, irritam esse injustam Episcoporum dam-  
nationem, &c. que lectio videtur magis convenire cum rubrica  
huius capituli.

Quod autem metropolitanum suum continere, & aliorum ju-  
dicium alius expetere non liceat, Sixtus b Papa III. restituit in  
epist. ad orientales Episcopos, c. 3. dicens.

C. XII. ¶ Peregrina judicia sunt submovenda.  
Peregrina judicia (salva in omnibus Apostolica aucto-  
ritate) generali sanctione prohibemus: quia indi-  
gnum est, ut ab extraneis judicentur, qui comprovin-  
ciales, & à se electos debent habere iudices, nisi fuerit  
appellatum.

C. XIII. ¶ De eodem.  
Item Anacletus d Papa, epist. 1. c. 3.

¶ Eges ecclesie Apostolica firmamus auctoritate, & pe-  
regina judicia submovemus. Unde & Dominus  
inventionem faciens Loh e, per Moysen loquitur di-  
cens: [Ingressus es quidem (inquunt) ut advena, num-  
quid ut iudices?]

C. XIV. ¶ Nulli liceat aliarum provinciarum  
iudicium expetere.  
Item Innocentius f Papa ad Viliarium Rothoma-  
gensium Episcopum, epistola 2. c. 3.

¶ Non g liceat cuiquam (sine præiudicio tamen Roma-  
nae ecclesie, cui i in omnibus causis reverentia, &  
auctoritas debetur) relictiis his sacerdotibus, qui in ea-  
dem provincia Dei ecclesias nutu divino gubernant, ad  
alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum  
Episcoporum judicia expetere h, vel pati. Quod si  
quis præsumperit, & ab officio clerici submotus, & injuri-  
atum reus ab omnibus judicetur.

¶ Cui ¶ In epistola & Marcelli & Innocentii legitur, sine  
præiudicio tamen Romanae ecclesie, cui i in omnibus  
causis debet reverentia custodiari: quomodo a postrema con-  
clatione in quatuor tomis editione absint illa duo voces, sine præju-  
dicio: que madmodum, & paulo inferius ista, vel aliarum pro-  
vinciarum Episcoporum judicia expetere, vel pati: que  
tamen habentur in alio loco indicati.

a Et in decretis Iulii cap. 27. Ca. Hadriani, c. 18. n. 93. c. irritam ex Carth. 4. c. 28. Anst. lib. 3. c. 69. b Et inter decreta hie-  
geni c. 4. in epist. 2. Felice inter decreta Iulii, c. 16. In C. Hadriani, c. 19.  
in adjectu capituli. c al. extrin. Polye. 15. tit. 5. Anst. lib. 3. c. 70.  
d Burch. lib. 1. cap. 147. Ivo p. 3. cap. 200. & p. 6. c. 347. e Gen. 19.  
f Et Marcellus epist. 1. in codice canonum, inter decreta Innocentii.  
Capitularium 1. c. 287. g Anst. lib. 2. c. 3. c. 79. h al. ex-  
p. 1. i al. cap. 1.

Reverentia autem, qua Apostolica debetur Ecclesie, & eius au-  
toritas intelligenda est, cum vel ad ipsam appellatum fuerit, vel ab  
ea iudices electi conceduntur. Unde Sixtus a Papa cum diceret  
[comprovinciales & à se electos debent habere iudices] statim sub-  
jungit (nisi fuerit appellatum.)

C. XV. ¶ Absque Apostolica sedis decreto extra-  
neos iudices adire non pos-  
sumus.

Item Anacletus Papa, epist. 1. c. 3.  
¶ Naqueque b provincia tam iuxta ecclesie, quam iux-  
ta sæculi leges, suos debet iustos, & non iniquos ha-  
bere iudices, & non extraneos c, nisi Apostolicæ sedis  
hujus decreverit auctoritas.

C. XVI. ¶ Nisi per appellationem, alterius pro-  
vincie iudices adire non  
oportet.

Item ex Romana d Synodo.  
¶ Neminem e exhiberi de provincia ad provinciam,  
vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem judi-  
cis, ad quem i fuerit appellatum, ita ut actor rei forum  
sequatur. & infra. ¶ Illa 2, qua sunt per unamquam-  
que provinciam, ipsius provincie synodus dispent, sicut  
in Nicano constat decretum esse concilio.

¶ Ultra provincie terminos accusandi licentia non  
progrediatur. Omnis accusatio intra provinciam audi-  
tur, & à comprovincialibus terminetur, nisi 3 prælatus  
sit, qui accusatur.

¶ Ad quem fuerit appellatum ¶ Hec sunt addita ex  
Hadriano, epistola synodica Felici & Ivone.

¶ Illa, qua ¶ Hinc usque ad finem in capitulis tantum Ha-  
driani sunt inventa.

¶ Nisi prælatus sit, qui accusatur ¶ Verba hæc neque in  
capitulis Hadriani, neq, in antiquioribus Gratiani exemplaribus le-  
gentur: in aliis vero, locis ipsorum, sunt hæc, nisi ad sedem Apo-  
stolicam fuerit appellatum.

C. XVII. ¶ De eodem.  
Item Sixtus.

¶ Si quis clericus super quibuslibet criminibus accusa-  
tus fuerit, in provincia, in qua consistit ille qui accu-  
satur, suas exerceat f actiones: nec existimet g eum  
accusator suus alibi, aut longius ad iudicium pertrahen-  
dum h.

¶ Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epistola Pontificum  
huius nominis est inventum. In aliquot vetustis exemplaribus  
est tantum. Item, ut videatur citari eadem Synodus Romana, qua  
in superiori capite, id est, que continetur in capitulis Hadriani:  
Ivo autem part. 6. cap. 318. citat ex Eleutherio: cap. autem 329. ci-  
tat ex Felice primo.

C. XVIII. ¶ Ubi crimen admittitur, ibi causa  
ventilatur.  
Item ex decreto Hadriani i Papa:

¶ Ubi crimen objicit, sciat h se probaturum. Reverta  
¶ Ubi causa agatur, ubi crimen admittitur:

**QVÆSTIO VII.**

¶ Quid iudex esse non possit, quem curi res par aut major  
ps macula inficiat, multo auctoritatius probatur.

a Suprà ead. c. peregrina. b Anst. lib. 3. c al. extrin.  
d In ca. Hadriani, c. 8. & 10. Felix I. epist. 2. Ivo p. 5. cap. 248. &  
p. 6. c. 37. e Suprà ead. ultra infra. 5. q. 2. c. duodecim. f Item  
Hadriani. Eleutherius ad Gallia provin. Felix I. epist. 1. in decretis  
Iulii c. 23. In c. Hadriani, c. 7. Ivo p. 6. c. 318. & 329. f al. exerat.  
g al. asmet. h al. pertrahendum. i In c. Hadriani, c. 32. &  
suprà ead. c. ibid. semper ex Feliciano. k al. scribat. l Burch.  
416. c. 3. Ivo p. 6. c. 324. Pannon. lib. 4. c. 75.



C. I. ¶ Infames, iudices esse non possunt.

Dicit enim sancta Romana synodus.

**I**nfamis persona, nec procurator esse potest, nec cognitor.

Tria sunt, quibus aliqui impediuntur, ut iudices non fiant: [Natura, ut surdus, & mutus, & qui perpetuo furiosus est, & impubes: quia iudicio carent. Lege qui senatus amovus b est. Moribus, scilicet minima & servi: non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est, ut civilibus officiis non fungantur.]

¶ Prior pars huius capituli usque ad vers. cognitor. habetur in epistola secunda Felicis primi, in qua refert synodum a se habitam: quod in principio epistola commemorat huius verbi: Nos vero ad supplementum vestrum fratres & coepiscopos nostros vocavimus amplius quam septuaginta, cum quibus hac, quae subius habentur inserta, regulariter tractanda decernimus. Eadem pars habetur in capitulis Hadriani, quae sunt superius ead. q. 3. c. accusationes. adnotatum est, nomine Romane synodi interdictum citantur. Reliqua vero huius capituli videntur esse Gratiani, sumpta tamen ferè ad verbum ex l. cum prator. vers. quidam enim. ff. de iudicio, quemadmodum & in sequenti capite multa colliguntur ex variis legibus Digestorum & Codicum. Quamobrem in antiquioribus codicibus omnia haec usque ad c. qui sine peccato. conjuncte habentur.

Verumtamen, si servus, dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixerit, quatenus postea in servitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta, rei iudicata firmitatem tenet.

C. II.

In Digestis c. tit. de postulando.

**I**nfames a non possunt esse procuratores, vel patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui postulare prohibentur. ¶ Est autem postulare, defenditum suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iudicium praestitit, exponere, vel alterius desiderio contradicere. ¶ Nam, ut praemisimus, non postulantium tres ordines sunt. Quidam prohibentur omnino postulare, vel propter aetatem, ut minores decem & septem annis; vel propter casum, ut surdus, qui profusus non audit. Alii prohibentur, ne pro aliis postulent, vel propter sexum, ut foeminae; vel propter casum, ut utroque lumine orbati, vel propter notam turpitudinis, ut ii, qui corpore suo muliebria passi sunt; nisi forte vi praeconum, vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumniae causa publico iudicio sunt damnati, vel qui operas suas locaverunt, ut cum bestis depugnarent in arena, pro aliis postulare prohibentur. His personis pro se allegare permittitur, pro aliis postulare prohibetur: nisi forte tutelam impuberum, vel curam adolescentium non affectatam, sed necessariam administrant. Pro his enim quorum curam gerunt, eis postulare conceditur. Alii enim omnes, qui ut infames notantur, nisi pro se, & pro certis personis, postulare non possunt, nisi in integrum restitutionem acceperint.

¶ Permittitur s. autem eis postulare pro parente, pro patrono, patronave, liberis, parentibusque patroni, patronaque: pro liberis etiam suis, fratribus & sororibus, uxore, locero, socro, genero, nuru, vitrico, noverca, privigno, privigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, muto, surdo, prodigo, & adolescente. ¶ Item g pro iis, quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negotiis suis aliquo perpetuo morbo super-

esse non possunt. ¶ Omnes autem, qui non sponte, sed necessario funguntur officio, sine offensa edicti postulare possunt, etiam si ii sunt, quibus non nisi pro se ipso postulare permittitur. ¶ Affinitates b vero in eas accipere debemus, quae quondam fuerunt, sed praesentes: Nurus & generi appellatione, & soceri, & locum & uteriores, quibus [pro] praepositio solet accedere, continentur.

2 pars. Atcentur & etiam a professione advocatorum (sicut in secundo libro Codicum, titulo de postulando inveniuntur) qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quae tuenda susceperint, emolumentum sibi certae partem cum gravi damno litigatoris, & depraedatione potestatem inseniuntur. ¶ Item d si quis adeo proceas fuerit, ut non ratione, quae probis putet esse certandae opinionis suae imminutionem patiatur. Praeterea licet advocato ullum contractum inire, nullam partem conferre cum eo litigatore, quem in proprium accepit fidem, nec ex industria iurgium prorahere.

¶ Appud urbem Romanam etiam honoratis, qui hoc putaverint eligendum, consueque liceat orare, quales maluerint, videlicet, ut non ad turpe compendium, sed penique deforme huc arripitur occasio. Nam si hoc pro, pecunia capiantur, veluti degeneres inter vilissimos numerabuntur. ¶ Si e vero in uno aduocato duo, tantum praeteris fuerint, vel plures, quomodo sit hilarior, in iudicantis officio sit, ut par causa distribuatur, & exaequetur partibus auxilium litigatorum. ¶ Si f quis vero monitus a iudice, ea excoptione, quae nequeat comprobari, cuiusque partem patrocini denegaverit, careat foro: sciat etiam puerque sibi ad agendum copiam posse restitui. ¶ Si g quis tenet ex litigatoribus detectus fuerit separim tractatum plurimum, & adversarij suo tali fraude liberumque paris defensionis copiam, ostendet, proculdubio inquam a se item forevi, & auctoritatem iudicantem a se elusam experietur. ¶ Item, quamvis illi, qui causam h. fisci egissent, prohibentur adversus fiscum patrocinium praestare; tamen hodie etiam adversus fscum patrociniolum possunt exhibere privatis, dum de causam declinent suspicere, quam tractaverant, dum fisci advocati fuerint. ¶ Item, si i contra patrem pupilli causam egissent, tutor vel curator datus, eandem causam defendere non prohibetur. ¶ Cognitores vero c officio intelliguntur, non ex arbitrio. Nihil enim est refert, is qui arbitrium suscipit, an sit integre fama, & ignominiosus. ¶ Filius m etiam in re patris, arbitrio esse potest. Nam & iudicem eum esse posse placet. ¶ Si n quis vero iudex sit, arbitrium recipere ejus rei, de qua iudex est, & in se compromitti prohibetur lege Julia; & si sententiam dixerit, non danda poena persequitur. Servus o arbitri esse non potest: libertinus potest. ¶ Porro infamia multipliciter irrogatur. Aliquando enim contrahitur genere de iudice declarati per sententiam, veluti cum iudex promissum injuriam p fecerit, hereditatem expilasti, calumniosus es. Aliquando genere poena: sicut illi, qui damnantur in g opus publicum, qui pristinum quidem statum obtinent, sed damno infamiae etiam post impletum reus subijciuntur. Aliquando genere poena, & de iudice declarati per sententiam, veluti dum fustibus r excoptionem dicitur i rursus quibus, id est, calumniosus

a In Ca. Hadriani cap. 5. & in 2. epist. Felicis. Ansel. l. 2. c. 7. Polye. l. 1. tit. 1. b motus. org. Ivo part. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. Pann. l. 4. c. 78. c lib. 3. tit. 1. d Ex l. 1. ff. de postulando. verbis alio modo aptatis. e al. calumnia publica iudicii. f Ex l. 2. c. 3. cod. g Ex l. 4. & 5.

a Ex l. 6. b Ex l. 3. cod. c in 6. lib. 1. d l. 4. c. 3. cod. e l. 7. c. cod. f ibid. vers. si qui verò. g Item, vers. si qui autem. h Ex l. 2. c. de advocat. fisci. i l. i. qui fisci de postul. k l. 3. in fin. ff. de arbitro. l. Ex l. Primum. ff. de cept. arb. m l. 1. c. ff. de arbitro. n l. 1. c. 2. ibidem. o l. 1. in pr. p. l. decurionis. Ceter quibus causis inf. rursus. q l. 1. cod. r l. 1. l. 7. Cod.



tentia, quia ex officio suo servata iudicarii ordinis integritate proceperit, invenitur servata. Vide & Dominus ait in Evangelio a [ Super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisei, etc. ] Hinc liquido constat, quod mali pastores, dum sententia iusti examini aliorum crimina serunt, sibi ipsi nocent, dum sine exemplo sua emendationis aliorum vitia corrigere curant: subditis vero present, se eorum increpatione correcti, vel sententia coerciti, vitam suam in melius commutare didicerint. Ac per hoc dum ab ecclesia tolerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.

¶ In vetusta impressione epistolarum B. Augustini extat epistola longissima ad Iulianum comitem, in recentioribus autem omnium operum editionibus habetur quarto tomo, sub titulo de salutaribus documentis, in cuius libelli cap. 52. hoc est caput.

QUESTIO VIII.

**Q**uod autem Episcopus ab uno tantum audiri, vel b iudicari non debeat, Zepherinus Papa testatur, epistola prima ad Episcopos Siciliae, dicens.

C. I. ¶ Episcopus non nisi a pluribus audiat & iudicetur.

**A**ccusatores e Episcoporum omni careant suspitione, quia columnas suas Dominus firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. ¶ Nullum namque eorum sententia a non suo iudice dicta constringat; quia & leges seculi id ipsum fieri precipiunt. ¶ In codice 1 libro septimo, titulo de sententiis & interdictis omnium iudicum; lege penultima. [ Cuius in agendo quis observat arbitrium, cum habere etiam contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur. ] ¶ Iudices 4 duodecim quilibet Episcopus accusatus (si necesse fuerit) eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocato a ad suorum primo conventum Episcoporum, per eos eius causa iuste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero eius causae ad sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur. Nec antea finiatur (sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est) quam eius auctoritate fulciatur. ¶ paulo superius. ¶ Absens f vero nemo iudicetur. Nisi a ex contumacia absens fuerit: quia & divina & humana hoc prohibent leges.

¶ Vt Codice] Hinc usq, ad vers. Iudices, non sunt in epistola Zepherini, neg, in vetusta Gratiani codicibus.

¶ Nisi ex contumacia absens fuerit] Hac absint a pluribus, nam scriptum est epistola ipsa, & Anselmo & Ivone. Infra vero ead. g. 9. c. Absenti habentur tanquam Gratiani verba.

C. II. ¶ Aquo Episcopi audiat Episcopus, qui reatum incidit.

Item Felix Episcopus dicit in concilio Carthagenensi II. c. 10.

**S**uggero secundum g statuta veterum conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus h) in reatum aliquem incurrerit, & nimia necessitas ei fuerit non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim audiatur Episcopis 1.

¶ Episcopis] Qua hoc loco in capite decimo concilii Carthagenensis secundi adduntur, referuntur infra 11. g. 7. c. Felix. & ibi notabitur varietas.

a Math. 23. b al. c. c Ansel. l. 2. c. 38. Ivo part. 5. c. 241. d 5. quest. 4. duodecim iudices. Ansel. lib. 3. c. 45. e al. vocatur. f Inf. ead. quest. 9. absenti. Ansel. l. 3. c. 61. g V. quest. 7. Felix. in concilio Triburen. c. 10. Ansel. l. 3. c. 46. Burch. l. 1. c. 149. Ivo p. 5. c. 242. h al. opinamur.

QUESTIO IX.

**D**ecussatoribus vero, vel testibus, quod in aliquo voce accusati, vel testificationis exhibere non leant, multorum auctoritatem liquet.

C. I. ¶ Nisi res presente, accusator non audiat.

**A**ccusatori a omnino non credi decernimus, quod sententia ad versario causam suggerit, antequam iustis iustam discussionem.

C. II. ¶ Absente adversario sententiam ferri non licet.

Item Eleutherius Papa in epistola ad Episcopos Gallia.

**A**veant b iudices ecclesia, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proficiant, quia irrita est imo etiam & causam in synodo pro facto dabunt. Iudicis vero nec calumnia, nec vox audiat.

C. III. ¶ Res absente accusator non audiat.

Item Calixtus Papa epistola secunda, ad Episcopos Gallia.

**A**bsente e eo, quem accusare voluerit, quisquis a accusatori non credatur, quia sine scripto edicto, per scriptum autem nunquam recipiatur: quia scripturam nullus accusare, vel accusari potest; sed per voce, & praesente eo, quem accusare voluerit, suam quae agat accusationem.

C. IV. ¶ Quae in absente geruntur, omnia evacuantur.

Item Cornelius Papa ad Rufinum, epist. 3. c. 2.

**O**mnia e, quae adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur, aut iudicantur, omnino evanescunt: quoniam absentem nullus addicit, nec illa testis mnat.

C. V. ¶ Non iudicetur qui praesentialiter accusatus, vel convincitur.

Item Marcellus Papa ad Maxentium, epist. 2.

**N**on oportet quemquam iudicari, vel damnari priusquam legitimum habeat praesentes accusers, locumque defendendi accipiat ad abluenda mina.

C. VI. ¶ De eodem.

Item Damasus ad Stephanum Archiepiscopum, epist. 3. c. 8.

**H**abetur f quoque in decretis sanctorum Patrum sanctum, non fore canonicum, quemquam condotum iudicare, vel damnare, antequam a scilicet nonie examinatos praesentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est, iudicium ecclesiasticas ad abluenda crimina.

C. VII. PALEA.

[Item Damasus ibidem continenter.]

**N**ec g extra propriam i har provinciam prius a discussionis accusatio, sine Apostolica praecipione, cui in omnibus causis debet reverentia custodiri, quoniam & antiqua docet hoc Patrum regula, in qua & Imperialia a pariter statuta concipiunt. Criminosi iniquiunt, discussio ibi agenda est, ubi crimen admittitur est. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus praecipitur. [ Quaecumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda sunt ] & reliqua restat.

a Ansel. l. 3. c. 12. & 97. In scripto Iulii, c. 24. In conc. Carth. c. 30. In cap. Hadrian. c. 53. In capitul. l. 7. c. 219. Burch. l. 1. c. 4. b Ansel. l. 3. c. 27. Ivo p. 5. c. 219. c Sup. 2. 9. 1. c. 7. Ansel. l. 3. c. 62. d al. c. 171. Ivo p. 5. c. 219. e al. c. 171. Ivo p. 5. c. 219. f Ansel. l. 2. c. 39. Ivo p. 6. c. 247. g Ansel. & Ivo l. 3. c. 62. h al. primo. i Cod. ubi de crim. agi oportet, l. 1. & in ead. Theod. l. 9. m. 1. in expositione legis 2.

& his similia: salva tamen in omnibus Apostolica auctoritate, ut nil in his definitur, priusquam ei placere cognoscatur, qua omnes suffultus esse oportet.

**C. VIII.** *¶ De eodem.*  
Item ad Episcopos Italia, epist. 6.

**Q**ui a. accusare alium elegerit, praesens per se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet praemissa. Neque ullus unquam iudicetur, antequam legitimos accusatores praesentes habeat, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.

**C. IX.** *¶ De eodem.*

Item ex concilio Tolitano b. VI. c. 11.

**D**ignum e est, ut innocens vita nulla maculetur pernicie accusatorum: id est si quis d. a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur, quam accusator praesentetur, atque legum & canonum sententia exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona invenitur, ad eius accusationem non iudicetur e, nisi i ubi pro capite regia maiestatis causa versatur.

**C. X.** *¶ Sententia ferriatur, qui causa sua negligit adesse.*

Item Bonifacius Papa ad Gallos, epist. 2.

**D**eestimus f. vestram g. debere intra provinciam esse iudicium, & congregari synodum ante diem Calendarum Novembrium: ut si adesse voluerit, praesens, si confidit, ad objecta respondeat: si vero adesse neglexerit, dilationem sententia de absentia non lucretur. Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio, peragendi se occasione non utitur. Nihil enim interest, utrum in praesenti examine non i omnia quæ dicta sunt comprobentur, eum ipsa quoque pro b. confessione procurata toties conferat absentia.

**C. XI.** *¶ Non omnia ] In originalibus, & apud ceteros collectores, & in una peractio Gratiani codice est, omnia: sed quia idem sensus dicitur, & adesset glossa, non est mutatum.*

**C. XII.** *¶ Absentes nec accusari, nec iudicari possunt.*

Item Felix Papa i ad Episcopos Gallia, epist. 2.

**A**bsente adversario non audiatur accusator, nec sententia absente alia parte, a iudice dicta, ullam obtineat firmitatem.

**C. XIII.** *¶ Altera parte absente, definitiva non feratur sententia.*

Item Nicolaus Papa k. Gallioni Archiepiscopo Senensi l.

**R**e vera iustus mediator non est, qui uno litigante, & altero absente, amboꝝ emergentes lites decidere non formidat. His ita praemisissis, volumus, & Apostolica auctoritate monemus, ut si Presbyter, de quo agitur, post excommunicationem suam, Apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire praesumat.

**C. XIII.** *¶ In absentem non est ferenda sententia.*

Item Zepherinus Papa ad Episcopos Sicilia, epist. 1.

**A**bsens in verò nemo iudicetur: quia & divina & humana hoc prohibent leges.

*a Anselm. l. 3. cap. 57. Ivo part. 6. c. 348. b Et in Vvormatiensi, c. 42. c Burch. l. 16. c. 5. d al. quisq; e al. decidetur. f al. deputatur. g al. Decretorum. Anselm. lib. 3. cap. 38. Burch. l. 1. cap. 161. Ivo part. 5. c. 271. & p. 6. c. 338. g al. vestrum. h Antea legabatur. [profectio ex procurator] i & in cap. Hadriani. 6. 4. Polyc. lib. 5. tit. 1. Anselm. lib. 3. c. 7. Ivo part. 5. c. 248. & p. 6. cap. 331. Pannor. lib. 4. c. 54. k Sententia habetur in epist. Nic. ad Episcopos, qui in Corvatum conveniunt, nuper impressa. l al. Senensibus. m 2. q. 8. c. 1. Burch. l. 16. c. 13. Anf. l. 3. cap. 62. Ivo p. 5. c. 241. & p. 6. c. 332.*

*Nisi fuerit absens ex contumacia. Pro praesenti namq; cum contumacia haberi facit.*

**C. XIV.** *¶ De eodem.*

Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi a Archiepiscopo

**I**ndicas Hermannum b. Episcopum super quibusdam frequentiter fuisse accusatum: pro quibus (quia ex parte ipsius persona deest) nos uni parri ad discrimen alterius cedere proculdubio non possumus: quamvis nec usq; adhuc, qui fuerint illi excessus, dixeris, nec utrum sanae mentis erat idem antistes, nec ne, cum ipsos excessus perpetrabat, evidenter ostenderis: fatiusq; arbitramur, quamlibet interim infirmitatem ad poenam peccati, quam ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum sit, & compatiendum, quam puniendum, vel aliquo modo ferendum.

**C. XV.** *¶ Testes non dicant testimonium, nisi de his, quæ praesentialiter, & veraciter noverunt.*

Item Calistus Papa ad Episcopos Gallia, epist. 1.

**T**estes e per quascunq; scripturam testimonium non proferant, sed praesentes de his, quæ noverunt & viderunt, veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negotiis dicant testimonium, nisi de his, quæ sub praesentia eorum astra esse noscuntur.

**2 pars.** De his etiam, quæ audierunt, si ad hoc convocati sunt, in civili causa testimonium dicere possunt, ut in Authenticis coll. 7. tit. de testibus, legitur. *¶ Si arbitrium scriptum sit, & probatio solationis proferatur a litigantibus per testes sine scriptura, tunc suscipibilem eam apud iudicem esse volumus, dum ad hoc ipsum testes affirmantur, ut perhibeant testimonium pro facienda solutione, aut pro memoria alicui iam facta solutione, & pro confessione eius, quæ pecuniam accepit. Hac autem mania, & ex transitu perhibita testimonium (ut si propter aliud opus adveniens, audi vis aliquem dicentem, se accepisse ab aliquo auro, aut debere alicui) nulla ratione valere censemus.*

**3 pars.** Simul autem necesse est ut videant. Quod si alius uno, alius alio tempore viderit, de versitas temporum eorum testimonium non admittit.

**C. XVI.** *¶ Non admittuntur ad testimonium, quos non eodem tempore negotio interfuisse constiterit.*

Unde Leo Papa.

**N**ihilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur, nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diversitas simul interfuisse prohibuit.

**C. XVII.** *¶ Ad seriem gestorum testis ex suo nihil adiciat.*

Item Ambrosius in libro de Paradiso, c. 12.

**P**ura d. & simplex i testimonii series irrimanda est. Plerumque testis, dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adicit, totam testimonii fidem partis mendaciorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum est.

**1. ¶ Simplex ] Integer locus b. Ambrosii est, Pura & simplex mandati forma servanda, testimonii series intima est.**

**C. XVIII.** *¶ Absens per alium nec accusari, nec accusari potest.*

Item Felix Papa ad Episcopos Gallia, epist. 2.

**A**bsens e per alium accusari, aut acculare non potest, nec assis testis admittitur.

**4 pars.** Nisi in crimine iniuriarum, in quo illustra persona etiam per procuratorem intendere & excipere potest, servati ceteri solemnitatibus, ut Codic. tit. de iniuriis, leg. ult. i.

*a al. Senensibus. b al. Hermannum. c Burch. l. 1. c. 121. Anselm. lib. 3. c. 55. Ivo p. 5. c. 229. Pannor. l. 4. c. 93. Novella 96. non usdem omnino verbis. d Pannor. lib. 3. c. 58. e Polyc. l. 5. tit. 1. Ivo p. 5. c. 241. & p. 6. c. 332.*

C. XIX. ¶ Reg absentis libellus accusationis frustra offertur.

Item Pelagius Papa Sindulo & magistro militum. Charta, quas dedit nobis Lucidius, si illo tempore adversarius ipsius illic praesens fuisset, valida erant. Sed quia adversario absente gesta, quae nobis recensuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

¶ Sindula ¶ Ivo p. s. c. 67. refert aliud quoddam caput epistole à Pelagio ad Sindulam magistrum militiae scripta.

C. XX. ¶ Testes corporaliter praestito iuramento testimonium dicent.

Idem Decorato parvico. Hortamur, ut sub timore Domini consuetam conscientiae vestrae sinceritatem in hoc quoque negotio conservantes, omnem personam, quae veritatem causae istius scire possunt, faciat amputari formidinem, & vestris praesentari conspectibus tactis sacrosanctis Evangeliiis, praestito etiam legaliter sacramento, quae in veritate rerum noverunt, professione suae iustificationis aperiant, ut patefactis omnibus, quae secundum leges, & iustitiam celandi sunt cognoscatis, & competentem a legibus & veritati terminum detis.

C. XXI. ¶ Accusator & accusatus simul debent adesse.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo.

Necessesse est secundum sacram scripturarum documenta, ac secundum iustitiam amitem, & accusatum & accusatorem simul adesse, & unam partem, quantum adque, & qualicumque praedita sit auctoritate, sic profusus audiri, ut alteri parti nullum praedictum inirogetur.

QVAESTIO X.

Quod vero deficientes in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia, ex concilio Carthaginensi b se primo confirmatur, in quo sic cap. tertio statutum legitur. ¶ Deficientes ¶ In vulgato codicibus legebatur, testes deficientes: sed expuncta est vox, testes, quae abest a plerisque vetustis codicibus. Quia enim in hac questione asseruntur, non ad testes, sed ad accusatores pertinent. Et superius in causa in propositione huius, quaestione decima, nulla est mentio restium.

C. I. ¶ Qui in primo capitulo deficit, ad caetera non admittatur.

Placuit e & quotiescunque, clericis ab accusatoribus multa crimina obijciuntur, & unum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad caetera jam non admittantur.

Probatum illud idem auctoritate Arelatenis concilii secundum, in quo sic c. 24. diffinitum est.

C. II. ¶ Qui falsa fratribus obijciunt, usque ad exitum non communicent.

Eos, qui falsa fratribus capitula d obijcisse convicti fuerint, placuit usque ad exitum non communicare, (sicut magna synodus ante constituit) nisi digna satisfactione poenituerint.

C. III. ¶ Qui, quod obijcit, probare non valet, de caetero ad arguendum non admittitur, nisi propriam causam civilem duntaxat asserere voluerit.

Item Felix Papa in secunda decretali Episcopii Galliae.

Si e accusatorum personae in iudicio Episcoporum

a al. convenientem. b Et Africa, c. 97. c Rab. in pan. c. Burch. l. 3. cap. 192. Ivo p. s. c. 271. Pann. l. 4. c. 64. Cap. vul. l. 6. c. 241. & Arelatense l. c. 4. d al. capitula. Arelat. l. c. 14. e Inf. 4. quae. 6. si accusatorum. In capit. Hadriani. c. 4. Capit. l. 5. cap. 1241. Anf. lib. 3. c. 86. Ivo p. s. c. 418.

culpabiles apparuerint, ad arguendum Episcopos caetero non admittantur, nisi proprias causas dixerint (non tamen criminales, vel ecclesiasticas) voluerint.

¶ Episcopos de caetero ¶ Vocata ista absentia ab omnibus vetustis codicibus, & caeteri loci indicati. Auctor tamen caetero habuit & ponderavit.

Cum ergo qui falsa fratribus obijciunt, usque ad exitum non communicentur, cum illi, qui in Episcoporum iudicio culpabiles inveniuntur, ad arguendum de caetero admitti prohibentur, apparet, quod in primo capitulo deficientes, tanquam falsos iudicatos ad sequentia procedere non valent.

QVAESTIO XI.

Accusato vero accusationem in accusatorem multorum auctoritatibus prohibetur.

C. I. ¶ Accusari, nisi prius se purgaverit, alios accusare non possunt.

Ait enim Stephanus Papa, epist. 2. c. 1.

I. Neganda e est accusatis licentia criminandi, quae se crimine quo premuntur exercent, non est credendum contra alios eorum confessio, in criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint nocentes, quoniam periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcunque professio.

C. II. ¶ De eodem. Lib. 9. Codicis, titulo b primo, l. 19. imp. Valentinianus, Valens & Gratianus, A.A.

II. Neganda e est accusatis (qui non suas, suorum iniurias persequuntur) licentia criminandi pari vel minori, priusquam se crimine, quo premuntur exercent, secundum scita veterum juris conditorum tamen, ut & ipsi inscriptions contra eos etiam peccato accusatione deponere possint.

C. III. ¶ De eodem. Item ex decreto Hadriani e Papae, c. 3.

Non est credendum contra alios eorum confessio, qui criminibus implicatur, nisi se prius probaverint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei adversus quemcunque professio.

Hoc autem intelligendum est in pari, vel minori crimine. Quae si de majori crimine eum accusare voluerit (veluti, si accusator fornicatione, de perjurio, de homicidio, vel similia, vel aliis huiusmodi crimine accusationem suam impetere voluerit) licentia ista non prohibetur. ¶ Aliquando enim criminatio praedictae civilis, aliquando criminalis. Unde in lib. 9. c. 17. de ordine iudiciorum, lege quarta, legitur. ¶ Si in questione e intermissa saepe fit, ut de crimine iudicetur, postea majus, minus merito praesertur.

¶ Aliquando criminali ¶ Antea legebatur, aliquando civilis criminali: expuncta est dictio, civilis, auctoritate veterum codicum. Nam hic tantum agitur, quando causa criminalis civilis, aut criminali praedictae. In sequenti autem aliquando civilis, expuncta, quando civilis, & civilis & criminali praesertur.

C. IV. Item lib. 9. Cod. tit. h. Qui accus. non possunt.

Prius est, ut criminibus, quae tibi, ut graviora ab adversario tuo obijciuntur, caedis atque vulnerum respondeas, & tunc ex eventu cause iudex aestimabit, an tibi permittendum sit eundem accusare, tamen si prior iustitiam deposuisti.

2 pars. Aliquando civilis praedictae civilis, aliquando

a In Cod. Theod. l. 9. tit. 1. leg. 12. Burch. lib. 1. cap. 144. Anf. lib. 3. cap. 274. Ivo p. s. cap. 274. Pannor. lib. 4. cap. 67. b non qui accusare non possunt. c l. neganda. Inf. non est creditum d al. exequantur. e In c. Hadriani cap. 3. Anf. lib. 3. cap. 1241. Sup. c. neganda. 1. f al. confissa. tit. d. l. 4. g diligenter h tit. 1.



criminally. Sicut enim in septimo lib. codicis. tit. de a ordine cognationum. si de hereditate. legitur. ¶ [Si de hereditate & libertate controversia est, prius agi causa libertatis debet.] Item lege sequenti. b ¶ [Si crimen aliquod inferatur ei, qui ingenuus esse dicitur, ante liberali causa suo ordine agi debet, cognitionem suam præside præbente: quoniam necesse est, ante fieri, si delictum probatum fuerit, ut non in liberum, an ut in servum. constitui oporteat iudicium.] Item. 3. ps. ¶ [Qui c. confitetur se patri contrariam suam, frustra postulat sibi dari potestatem accusandi eum, qui se suum dominum esse fatetur.]

3. ps. ¶ Causa d. vero liberali terminata, si servus promissus fuerit, dominum suum accusare non poterit. [Codicis lib. 9. tit. i. penultima. ¶ [Si qui ex familiaribus, vel ex servis cuiuslibet domus, cuiusvis, criminis delator, atq. accusator emerit, apud exhibitionem, capta, atq. firmata periturus, cuius familiaritatis, vel dominio subiecit, ante exhibitionem testium, atq. examinationem iudicis, in ipsa expositione criminum, atq. accusationis exordia, utroque gladio feratur. Vocem enim suam intercedi oportet patri, quam audiri. Majestati autem crimen excipimus.] Similiter l. ultima. ¶ [Si c. liberti accusatores manumissionem, hereditatem esse præsumpserint, eodem quo servi supplicio sententur, luctu penam ante prohibita delationis exordium.]

¶ Ei qui ingenuus esse dicitur. In lege ipsa est, quam ingenuam esse dicit. Mulierem enim alloquitur. Quare paulo etiam inferius, ubi apud Gratianum legitur, utrum ut in liberum, & ingenuum, an ut in servum, in lege est, utrum ut in liberam, & ingenuam, an ut in ancillam. Dnas etiam, quæ proximè recitat leges, Gratianus suo modo in summam redegit.

CAUSA IV.

**V**idetur in excommunicatione constitutus, Episcopum accusare disponit, & adolescentem infra decimum & quartum ætatis annum. ad assertionem sua cause adduci: prohibuit ab accusatione, adolescentem accusatorem, & se testem facit: adolescentem personam accusatorem, & testis gerere cupit: die statuta ad iudicium electorum iudicium Episcopus minime occurrit: a communione suspenditur: tandem renovato iudicio, accusator culpabilis in accusatione invenitur: demon ad assertionem propriae cause procedit.

1. His primam queritur, an in excommunicatione constitutus alium accusare valeat.
2. Secundo, an infra decimum quartum annum, in criminali causa testari que possit.
3. Tertio, an ab accusatione prohibuit, personam testificantem possit assumere.
4. Quarto, an idem possit esse accusator & testis.
5. Quinto, an die constituta non occurrens, a communione sit remittendus.
6. Sexto, si in Episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inventa fuerit, an ad assertionem propriae cause de cætero sit admittenda.

QUESTIO I.

**D**e prima questione sic statutum legitur in primo & secundo capite concilii Carthaginensis s. septimi, cui interfuit Faustinus Romana ecclesia legatus.

C. I. ¶ Ad accusationem non admittatur, qui in excommunicatione perseverat.

**D**iffinitimus g. eum recte ad accusationem non ad-

a. tit. 19. l. 2. b. ibid. l. 3. c. Ex l. 1. & 4. alio modo apta- ti verbi. d. lvo p. 16. c. 61. e. lvo ibid. c. 62. f. in Africano, c. 95. & 96. g. lvo p. 4. c. 69. Pann. l. 4. c. 72. lvo p. 15. c. 64. C. a. iudicem conc. Car. & c. 69. Africani.

mitti, qui postquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus, sive laicus, accusare voluerit. ¶ Omnes etiam infamiae maculis aspersi, id est, histriones, ac turpitudinibus subiectæ personæ, hæretici etiam, sive pagani, sive Iudei ab accusatione prohibentur.

¶ Ab accusatione prohibentur. A concilio absunt hæc verba: subintelliguntur enim illa ex principio capiti, ad accusationem non admittuntur.

C. II. ¶ Hæretici probantur, qui schismate, vel excommunicatione ab ecclesia sunt separati.

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est

[Proposueramus.]

**Q**uod autem hi, qui a iam fato fratre, & comministro nostro Ignatio depositi, excommunicati, vel anathematizati fuerant, nullam adversus eum damnationem intorquere poterint, ex prologo 1 secundæ universalis synodi capitulo declaratur, cum dicitur, [Si verò ecclesiasticum fuerit crimen, quod Episcopo illatum extiterit, tunc probari oportet accusantium personas, ut primò quidem hæreticis non liceat, accusationes contra orthodoxos Episcopos pro ecclesiasticis negotiis facere.] Sed ne hos hæreticos esse denegeris, audite sequentia. [Hæreticos autem (inquunt) dicimus tam eos, qui olim a ecclesia projecti sunt, quam qui post hæc a nobis anathematizati sunt.] Porro si adhuc nec sic creditis, audite quod subditur. [Præter hos autem (ajunt) & eos, qui fidem sanam simulant confiteri, schismaticos 3 etiam, & eos, qui seorsum a communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt.] Deinde verò, & si quidam ab ecclesia super causis quibusdam reprehensi fuerunt, & projecti, aut excommunicati, sive ex clerico, sive ex laicali ordine, nec his liceat accusare Episcopum, antequam proprio crimine primitus exantur. Similiter autem & eos, qui sub accusatione prioris constitunt, non ante esse acceptabiles in accusatione Episcopi, aut aliorum clericorum, quam innoxios semetipsos illatorum sibi ostenderit criminum. Quid autem periculi regulæ hujus imminet contemptoribus, non ignoratis.

¶ Ex prologo. Nicolaus hic citat canonem, qui apud Græcos est sextus concilii primi Constantinopolitani, cuius canonis priorem partem paulo superius in eadem epistola recitavit, & significatur supra, 3. q. 3. cap. fin. Eo autem loco Nicolaus, de isto capitulo hæc verba addiderat. Quod tamen non apud nos invenitur, sed apud vos haberi perhibetur. Nam non modo hic canon, neq. in versione Dionysii, neq. in præsa habetur, sed de omnibus illius concilii canonibus hæc scribit B. Gregorius ad Eulogium lib. 6. epist. 31. Romana autem ecclesia eisdem canones, vel gesta synodi illius hæc tenet non habet, nec accipit. In hoc autem eandem synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum.

¶ Olim ab ecclesia. Statuitur in hac parte canonis, perinde pro hæreticis habendos esse Macedonianos, & Eudoxianos, qui in isto primo Constantinopolitano concilio damnabantur, atq. habendi erant Paulianisti, & Arriani, quos olim Nicæna synodus a catholica ecclesia absiderat. Quamobrem non de quolibet excommunicato hæc sententia pronuntietur, quod putavit auctor glossæ.

¶ Schismaticos etiam. Ita in epistola Nicolai, & apud Ivo nem. Græcè autem est, αἱρεῖς ἢ τῆτοις καὶ τὰς τῶν πῆτιν ἰδοὺ τῶν ὑγιῖν ἀποπορεύουσιν ἀπολογεῖν, ἀποχριστῶν δὲ καὶ ἐκ τῶν ὑγιῖν τῶν νεονομῶν ἡμῶν Ἐπισημῶν. id est, Præterea verò & illos, qui fidem quidem sanam simulant confiteri, schismata autem faciunt, & adversus regulares nostros Episcopos conventum habent: ut nihil mirandum sit, istos etiam pro hæreticis censeri.

a. Anst. l. c. 71. lvo p. 14. c. 70.

e